



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

54. Subditus Ordinarii delinquens in loco exempto, an ligetur statutis  
ordinarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

deo tamen destituere poterit glo. d. Clem. verb. compelli ubi Card. Teazar. & alij.  
 Quia hoc in casu, ordinarius procedit tanquam delegatus, qui potestatem non  
 habet privandi, nisi ei specialiter & expresse committatur cap. penult. de offic. vicarij  
 in 6. Innoc. & Host. cap. quaris de arate & qualitate ordin. cap. dilectus de rescript. nec e-  
 nim à facultate visitandi arguere licet, ad destituendi auctoritatem per not. infra 9. 67.  
 Quod dixi ordinarios auctoritate delegata posse Moniales exemptas visitare, id  
 restringi debet ad visitationem duntaxat claustræ, à quibus sigillatim disquiri po-  
 terunt ea omnia, quæ clausuram concernunt, non verò alia quæ earum personas coti-  
 cernunt: illudque examen fieri non debet intra monasterij septa, sed aut in collo-  
 catorio, aut ad crates, vel fenestram, per quam porrigitur Monialibus Eucharistia,  
 uti tota Italia observari mihi nuper scripsit Dominus protonotarius Ricardus Pauli  
 Stravius S. Congregationis Illustriss. Cardinalium negotijs Episcoporum & Regu-  
 larium, propositorum à Secretis.

QUESTIO LIV.

Subditus ordinarij delinquens in loco exempto an ligetur.  
statu ordinarij.

SUMMARIUM.

1. Effectus statuti non porrigitur extra ter-  
ritorium.
2. Locus exemptus & extra territorium a-  
quiparantur.
3. Statutum non extenditur ad loca ex-  
empta.
4. Quando in jure duo aequiparantur dispo-  
situm in uno habet etiam locum in alio.
6. Intra dioccesim Episcopus potest facere  
statuta poenalia.
7. Ius terrij allegari non potest.
8. Conclusio questionis cum distinctione.
9. Differentia statuti de ingresso aut ingre-  
diente Monasterium.

Questio hæc à plerisque vocatur in disputationem lo. And. cap. ut anima-  
rum de const. in 6. Calder. cons. 13. de foro compet. Fel. cap. fin. ubi Abb. eod. tit. Andr.  
Barba. cons. 4. incip. scribitur primo col. 4. vol. 1. Burio cap. fin. charta pen. de  
consuet. Barb. & Alex. l. si convenerit §. si nuda. ff. de pig. act. Sayrus in Thesuro Theo-  
logia moralis par. 1. lib. 1. cap. 7. num. 9. & 10. ac in primis pro negativa adfertur quod  
effectus statuti non extendatur extra territorium statuentis, sicut nec sententia l.  
cum unus §. 16. qui ff. de bonis autor. iud. poss. l. relegatorum ff. de interd. Locum autem  
exemptum non censetur esse de territorio seu de diocesi. Episcopi cap. luminoso 18.  
quest. 1. Clem. Archiepiscopo de privileg. rex. cap. grave ubi Abb. & Fel. de offic. ord. imo  
V u 3.

OK  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z

- comparari solet loco extra territorium Card. d. Clem. Archiepiscopo §. finit in fine Ang. conf. 337. Anton. de Rosellis tract. de indulgent. nu. 323. 10. And. Clem. 1. ubi glo. verbi quia nomine de foro compet. adeo ut statutum extendi non possit ad loca exempta vel personas exemptas, quippe quod inter se æquiparentur Socyn. conf. 74. col. 4. vol. 3. dereg. in 6. & d. cap. grave.
- 4 Quando autem duo à jure æquiparentur, dispositum in uno, habere etiam debet locum in alio glo. cap. si postquam de elect. in 6. late Navar. cap. pena num. 6. 13. 14. de penit. dist. 1. Troilus Maluerius tract. de oblat. imagin. factu par. 4. num. 4. dixi supra lib. 1. cap. 45. num. 7. Præterea statueri est jurisdictionis contentiosa l. 1. ubi DD. ff. de jurisd. om. iud. l. omnes populi ff. de iust. & iure quam Episcopus explicare non potest in loco exempto cap. cum Episcopus de officio ord. in 6. cap. ut animarum de const. in 6. nor. sui pra. lib. 2. cap. 1. non secus quam judicialem suam sententiam, legis enim & hominis sententia æquipollent l. servus hac lege ff. de manum.
- 6 Pro affirmativa autem militat Dominicus & sequaces e. 1. §. fin. de statute regular. Feder. conf. 2. & 99. Ratio, quia Episcopus personalia statuta facere contra suam diocesium potest cap. si quis de maior. & obed. cap. cum contingat de foro compet. quin autem locus exemptus sit in diocesi, licet non sit de diocesi, nemo unquam negavit d. cap. grave d. cap. cum Episcopus.
- 7 Deinde, si subditus qui in alieno territorio deliquit, exemptionem allegaret, ius tertij allegaret, quod non permittitur l. cum servum C. de servis fugit Compost. c. mandatum de rescript. Barib. l. qui cum herede ff. de execut. ver. iudicat. late Sazius in l. qui cili num. 8. 9. 10. explicatur clare quando liceat. allegare ius tertij ff. de except. rei iudicat. Pro concordia videtur cum Petro de Ancharano utraque opinio conciliari posse distinctione in cap. postulasti quæst. 4. de foro compet. ubi late nempè, quod aut prælati exemptus habet jurisdictionem quasi Episcopalem in loco exempto, & tunc vera est opinio negativa Joannis Andreae & sequacium, aut non habet ibi talem jurisdictionem, & tunc procedit opinio affirmativa Federici. Vel succinctius dicendum, attendenda esse verba statuti quæ si v. g. dixerint quod euntes ad monasteria monialium laent certam poenam, erit locus opinioni affirmativa, quia delictum, nempè actus eundi ad locum vetitum committitur in diocesi, si vero statutum afficeret actum gestum in ipso loco exempto, illud non ligaret subditum Barthol. & Bald. l. fin. C. de pact. Petr. de Anchar. rep. c. Canonum statuta quæst. 11. de const.
- 9 Simile adfertur, si statuto disponatur quod monasterium ingressus non succedat, non valebit, ut pote dispositiones de persona exempta & dicata Deo, si autem disponderet quod ingrediens monasterium non succedat, subsisteret, quia eo casu non disponit de clerico, sed de laico ingrediente Bald. l. Deo nobis circa finem C. de Episc. & cler. arg. l. Stichus servus meus ff. de manum testa. Innoc. cap. præterea requisisti de testam. l. Arethusa ff. de statu nom. Mathos sing. 145. Barib. conf. 37. Quæ distinctio con-

congruit doctrinæ Gregorij Sayrij d. lib. 1. cap. 6. nu. 39. 40. 41. 42. & seq. & ca. 7. nu. 10 apud quem hæc plurifariam vario exemptorum genere explicantur.

QVÆSTIO LV.

Locus exemptus sine in diocesi vel de diocesi.

SUMMARIUM.

1. Differentia inter particulas in & de. de precipiendis fructibus beneficiorum primi anni vacaturorum in sua diocesi.
2. Locus exemptus est in diocesi sed non de diocesi.
3. Quid si concedatur Episcopo privilegium
4. In generali sermone non comprehenduntur beneficia exempta.

Hæc de re variæ sunt oræ disceptationes propter differentiam quam Doctores videntur constituisse inter particulas in & de. Latissime Felin. ca. grave ubi DD. de offic. ord. Feder. de senis latè conf. 2. per tot. Cosmas Guimier. in pragmat. tit. de annatis §. item quod ratione ver. in diocesi glo. in Clem. 1. verbi aut earum de foro compet. Milu. in reperi. verb. diocesis Bald. conf. 4. 26. par. 1. Collectaneus ca. si proponente de rescript. Abb. c. Apostolica not. 3. de donat. Castr. conf. 187. vol. 2. Ang. conf. 133. Iason. I. extraterritorium num. 5. ff. de iurisd. om. iud.

Paucis generalis sermo diocesis adjecta particula in comprehendit quicquid est inter illius fines, ita quod nullus locus excipitur Bald. d. conf. 4. 20. idque suadet communis loquendi usus arg. ca. ex literis de sponsalib. nam communiter dici non potest nullus esse diocesis cap. nulla dist. 93. Quod verò locus exemptus non sit de diocesi, plurimi voluerunt, ut est videre apud Felinum d. ca. grave & notavi supra lib. 4. q. 29. Unde interunt doctores quod concessio privilegio Episcopo de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum vacaturorum in sua diocesi, comprehenduntur beneficia spectantia ad exemptos, modo tamen beneficia non sint exempta Archid. ca. si propter tua debita de rescript. in 6. Rot. dec. 269. in antiq. In generali enim sermone non comprehenduntur beneficia exempta Bald. l. 1. col. pen. C. de furr. arg. l. legato rum §. qui plures ff. de leg. 2. Castr. conf. 187. vol. 2. Guimier loco allegato. 10 de Selua. de beneficio par. 11. quæst. 3. n. 21. tex. ca. quamvis de prebend. in 6. de cuius veritate videri poterunt quæ supra notavimus lib. 1. cap. 5. num. 4. 20. 21. 22. & seq.

QVÆSTIO LVI.

Regulares exempti an possint in Confessione absolvere in casibus quos specialiter Episcopus sibi reservavit.

Non posse, urget hæc ratio, quod Papa concedendo potestatem audiendi confessiones, & absolvendi subditos Episcoporum, non dederit eis amplio rem facultatem, quam Curatis tex. Clem. dudum §. statimus de sepultur. Unde cum Episcopus specifica reservatione possit detrahere de ordinaria potestate